

Non tibi fortuna est hominis sed vita petenda
Utere quefitis opibus. fuge nomen auari
Quid tibi diuitie prosunt si pauper abundas
Si famam seruare cupis dum viuis honestam
Fac fugias animo que sunt mala gaudia vite
Cum sapias animo noli irridere senectam
Nam quocumqz sene sensus puerilis in illo est
Disce aliquid. nam cum subito fortuna recedit
Ars remanet. vitamqz hominis non deserit vñqz.
Prospicito cuncta tacitus quod quisqz loquatur.
Sermo hominum mores et celat z indicat idem
Exerce studium qz quis perceperis artem
Ut cura ingenium sic z manus adiuuat usum
Multum venturi ne cures tempora fati
Non mortem metuit qui scit contemnere vitam
Disce. sed a doctis. indoctos ipse docete
Propaganda etenim est rerum doctrina bonarum
Hoc bibe quod possis si tu vis vivere sanus
Morbi causa malí minima est quecumqz voluptas.
Laudaris quodcumqz palam quodcumqz pbaris
Hoc vide ne rursus leuitatis criminé dannes
Tranquillis rebus que sunt aduersa cauet
Rursus in aduersis melius sperare memento
Discere decesses. cura sapientia crescit
Raro datur longo prudentia temporis usu
Parce laudato. nam quem tu sepe probabis
Una dies qualis fuerit monstrabit amicus
Ne pudeat que nescieris te velle doceri